



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sol Triplex In Eodem Universo

Hermann, Amand

Sultzbaci, 1676

Disputatio Secunda. De Potentiis, & Actibus Vitalibus in communi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95850](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95850)

nam constat ex timore foleri viscera commoveri & excerni excrementa, nemo tamen excrementa animata dixit, in nimio risu erumpit sudor & lacrymantur oculi, qui tamen non animantur. Ex secundo, licet verum sit antecedens, non licet tamen inferre quod sit pars integralis, sed quod sit pars de secundaria constitutione, nec ex eo quod aliquid ad viventis conservationem necessarium est, statim inferre licet esse partem integram, nam magis est calor naturalis necessarius, quam manus ad conservationem totius, non est tamen pars totius sicuti manus. Ad tertium respondendo distinguendo antecedens, assumpsisset duas naturas quarum una in altera contineretur & ad alteram ordinaretur, concedo: non sic ordinatas ad se invicem, nego: nam Verbum Divinum omnes partes ad conservationem, vel integrationem spectantes assumpsit unicâ unione totali pluribus verò partialibus.

titia & contemptui, ergo. Deinde ex eo quod crescunt non colligitur animatio, nam frequentissime capilli etiam post mortem crescunt, ergo.

Probatur secunda pars primò, quia alias ponerentur plures animæ in animalibus, sed hoc est inconveniens, quemadmodum enim una anima sufficit ad informandas ceteras partes, quæ animantur ita etiam deberet habere virtutem animandi has partes, si ullo modo animarentur. Secundo: Quia augmentum harum partium potest fieri per juxtapositionem, nec ullum est indicium, quod fiant per vitalem intus susceptionem, ergo.

Multa contra Conclusionem fieri solent instantia, nam dicunt capillos se nutrire, augmentare, habere radices & venulas, ac insuper terminum magnitudinis; item ungues extractos causare dolorem, sed hæc non possunt provenire nisi ab anima informate, ergo. Verum negatur minor, nam de primo sæpè dictum est illam accretionem non esse per intus susceptionem, sed per juxtapositionem: Ad secundum falsum esse dico venulas illas esse unguium, vel cornuum, sed sunt carnis vicinæ; nec ex se habent terminum magnitudinis, sed quia vivens non potest tantum subministrare de excremento, unde necessario desistunt protendere se; Dolor denique nullus est in unguibus quando extrahuntur, sed in carne in qua fuerunt. Quod verò Arriaga multos in una nocte in calu & periculo mortis incanuisse referat, quod provenire non potest nisi capilli poros haberent, per quos similes fugerent qualitates, inane est, nam qualitates illæ nullis indigent poris ut corpus permeent, deinde licet indigerent, ex attractione qualitatibus virtus vitalis non deducitur, nam etiam lana humiditatem corporis contigui attrahit, tamen in lana non est virtus vitalis.

XIII.

Solventur plures Instantiæ.

II.

conceditur quod in unguibus accretio.

XII.

Capilli & ungues non animantur.

Dico 4. Ungues, Capilli, Rostra Avium, Cornua bestiarum non animantur anima animalis neque anima aliena. Ita Galenus cum pluribus Medicis & Philosophis &c.

Probatur prima pars: Quia prædicta omnia solum deserviunt ad ornamentum corporis, & non ad integritatem ejus, sed quæ sic spectant ad ornamentum & non ad integritatem non sunt animata, nam anima est actus corporis organici Physici, quale organicum ornamentum non constituunt, ergo.

Probatur secundo: Quia quando prædicatæ partes per juxtapositionem ultra debitam magnitudinem crescunt inciduntur & raduntur, habenturque omnes ut partes excrementitiæ, cum tamen incisæ & rasæ sint ejusdem rationis cum non incisæ & non rasæ, sed partes integrantes non habentur ut excrementi-



DISPUTATIO II.

DE POTENTIIS ET ACTIBUS VITALIBUS IN COMMUNI.

Explicata quidditate & essentia anime in communi, quæ constituitur quodlibet vivens inesse vivo, post quod esse sequitur principium intrinsecum acquirendi suam perfectionem & actus proprios, quod principium vocamus potentiam, tale autem principium dari nemo dubitavit, qui se audire, videre, sentire &c. experitur, assignaturque anime in particulari cuilibet aliqua, habet namque vegetativa potentiam nutritivam, augmentativam & generativam, sensitiva potentias quinque, externas & aliquas internas, de quibus infra; Rationalis intellectum & voluntatem, de quibus hic agendum venit, an & quomodo ab anima distinguantur? & quæ potentia ordinem dicunt ad actum in eadem agemus de actibus vitalibus. Unde sic

QUÆSTIO I.

An potentia distinguantur ab anima & quomodo?

materiali & connotato, seu denominato, quæ est principium & fundamentum illius relationis, estque immediatè principium operationis animæ, nec est sermo de principio simul cum illa relatione, nam sic est ens per accidens, constans absoluto & respectivo, quæ nõ possunt facere unum per se principii operativum, nec denique ago de potentia, quatenus constituitur ex perfectione Animæ, & facultate partis determinatæ corporis, quæ dicitur potentia proxima organica, Uuuu nam

Ante resolutionem Advertendum me hic non loqui de potentia formaliter sumpta, & quatenus dicit respectum ad actum, hoc enim modo, non est nisi ordo & respectus ipsius producentis ad productum, sed de potentia propria. *Amandi Hermann Physica.*

I. Potentia multipliciter sumitur.

nam si certum est illam potentiam distingui realiter ab Anima, Anima namque sine corpore esse potest, adeoque sine potentia illa conflata ex propria perfectione, & determinata aliqua parte corporis, & recedente Anima recedit & definit esse talis potentia, quare solum queritur, an potentia animae in se ipsa praecise considerata, sive Anima sit in corpore, sive extra corpus, in quantum est perfectio animae solus, & principium operationum suarum distinguatur ab Anima essentia & quomodo? Thomistae eas realiter distinguunt; Nominales nullo modo distinctas ponunt, sed omnes operationes ab Anima immediate provenire asserunt; Durandus potentias Animae vegetativae identificatas cum Anima, sensitivae vero & intellectivae realiter distingui ait; Scotistae vero post Magistrum suum media & tutiori incedentes via, distinctas formaliter propugnant. Ita contra Nominalium sententiam

II.

Potentia anima sine
fessione dis-
tinguuntur.

Dico 2. Omnes potentiae distinguuntur inter se seclusa quacumque intellectu operatione. Est Scoti in 2. d. 10. infra C.

Probatur: Implicat idem omnino esse ex natura sua determinatum ad unum, seu naturale, & esse indeterminatum seu liberum, sed in nobis datur una potentia, quae est determinata ad agendum, naturaliterque agit, ut intellectus, altera est ex se indeterminata & libera, ut voluntas, ergo haec & illa non sunt eadem ex natura rei; Deinde una subest imperio alterius, ergo una non est alia, quia nihil propriè sibi ipsi subesse dicitur; patet antecedens, quia intellectus ita subditur voluntati, ut haec illum possit avertere à consideratione unius objecti & determinare ad considerationem alterius. Denique inter potentias intellectus & voluntatis est essentialis ordo prioritatis & posterioritatis, nam operatio intellectus praecedit saltem naturam operationem voluntatis, nihil enim volitum nisi praecognitum; ergo non possunt esse eadem. Haec argumenta probant etiam Conclusionem de aliis potentiis nutritiva nempe & vegetativa, quantumcumque enim distractus quis sit per intellectum & volitionem adhuc tamen nutritur & vegetatur, dormientes nutriuntur & vegetantur, & tamen non volunt tunc nec intelligunt; ergo potentia vegetans & nutriti non est potentia intelligens & volens, quandoquidem una operatur quiescentibus aliis.

III.

Non tamen
realiter.

Dico 2. Potentiae non distinguuntur realiter ab ipsa Anima. Est Scoti supra.

Probatur ejus ratione: Si potentiae realiter distinguerentur ab Anima, sequeretur, quod ipsa non uniretur proprio suo objecto mediante sua propria operatione, sed hoc non est dicendum, ergo: patet minor, quia alioquin esset Anima tantum per accidens beata, quia quando alicui actus primus, seu principium per accidens ipsi convenit, per accidens convenit ei etiam actus secundus, sed intellectus & voluntas sunt actus primi respectu actuum (volitionis scilicet & intellectus) secundorum; ergo hi per accidens solum convenirent Anima: probatur sequela majoris,

ideo substantia dicitur per accidens colorata, quia calor prius recipitur in quantitate, in qua etiam reciperetur, etiam si esset quantitas separata à substantia, sed intellectus & volitio prius recipiuntur in voluntate & intellectu, in quibus recipiuntur etiam si per impossibile essent separatae ab Anima, ergo si potentiae animae distinguerentur realiter ab anima, nunquam ipsa uniretur mediante propria operatione suo objecto.

Dices: Ideo solum substantiam dici per accidens coloratam, quia mediante quantitate recipit colorem, & quia quantitas non est proprium accidens substantiae, sed intellectus & voluntas sunt accidentia propria ipsius Animae insita tanquam principia operativa, adeoque licet mediantibus illis Anima intelligat & velit, adhuc tamen non per accidens intelligit & volet. Sed Contra: Calor est accidens proprium ignis, ut possit calefacere & constituitur in esse talis operantis per calorem, quantum calor est distinctus realiter ab igne, seu à substantia ignis, substantia ignis non dicitur per se calefacere, sed per accidens, nam calor aquiliter calefaceret si igni conjunctus, si separatus, quotiescumque autem datur aliqua operatio, quae indifferenter & contingenter se habet ad aliquid, est illi accidentalis; ergo si calor calefacere potest, seu existente igne non, ignis omnino per accidens se habet ad calefacere, & contra, ergo etiam in proposito si potentiae essent separatae ab Anima (quod non potest, si realiter distinguerentur) possent habere proprias operationes; ergo huiusmodi operationes per accidens se habent ad Animam, consequenter Anima tam in ratione recipientis, quam operantis per accidens se habebit ad illas, & omnino per accidens uniretur objecto suo, quod est maxima imperfectio, quae nec in ipso accidente reperitur, licet sit imperfectio contentatis, quam substantia quod immediate & independentem à substantia operatur; ergo nec in Anima admitti debet, maxime cum ipse substantiae sint immediate operativa.

Probatur Conclusio secundò:

Tum pluribus auctoritatibus Sanctorum Patrum Augustini tract. 15. in Joannem dicens: Intellectum non esse aliud quam Animam; Hilarii lib. 11. Etym. ubi dicit: Anima dum respicit corpus Anima est, dum vult voluntas, dum intelligit mens, dum recollit memoria, dum aliquid sentit sensus. Bernardi Serm. 11. in Cantica: In anima loquitur tria esse intueor, rationem, memoriam & voluntatem, & haec tria eandem esse Animam. Nec valet dicitur Patres ita fuisse locutos, non propter identitatem, sed propter intimam conjunctionem, & inseparabilitatem animae à potentis, nam licet inseparabiles sint, nunquam tamen poterunt dici unum in essentia, si ab anima realiter distinguuntur. Tum quia videmus, quod si una potentia nimium occupetur circa proprium objectum quod impediatur alterius operatio, unde licet sint species sensibiles in oculo, si Anima dedita sit profundae contemplationi, nihil oculis videbit, sed hoc non fieret, nisi ipsa anima concurreret ad eliciendas illas actiones vitales mediantibus potentis, ergo: probatur minor, quia

gula quando sunt duo principia realiter distincta inter se, & non sunt contraria, unum non impeditur ab altero in operando, sed hic essent duo principia &c. ergo, & consequenter si impediuntur est, quia ipsa Anima ad actiones vitales concurrunt. Deniq; potentia nutritiva & vegetativa non possunt esse accidentia, nam hæc habent pro termino substantiam, nullum autem accidens habet pro proprio termino substantiam, ergo.

VI.

Explicatur
sententia ob-
jecta.

Opponit Suarez plures autoridades Sacrae Scripturae, ut est illud Ps. 102. *Benedic Anima mea Dominum, & omnia quæ intra me sunt &c.* & Lucæ 10. *Diliges Dominum Deum tuum ex tota anima, & ex totis viribus tuis*, ubi per vires & per omnia quæ intra me sunt, intelliguntur potentia ab Anima realiter distincta, ergo. Verum respondeo male Suarezium interpretari allegata loca, dico ergo ad primum cum Genesio per ly *omnia quæ intra me sunt* intelligi, vel omnes cogitationes, assensus & affectus animi vel omnia interiora tam animi, quam corporis, ac si Psalmista diceret, *benedicere cor, peccus, viscera & omnia interiora mea Dominum*, nec hoc mirum videri debet plusquam quod idem Propheta terram, aquam & alia insensata frequenter ad benedicendum Dominum invitet. Ad secundum dico cum Glossa, sensum esse Deum amari debere absque scissione & divisione super omnia, unde sola poterit distinctio formalis colligi. Sed pro Suarez

VII.

Explicatur
sententia.

Dices: Sancti Patres, ut D. Augustinus 6. Trinit. 6. D. Dionysius de Cœlesti hierarchia 11. distinguunt in Angelis virtutem, & operationem angeli ab eius substantia, ad differentiationem simplicitatis Divinae, sed in Deo ista potentia formaliter distinguuntur; ergo in angelis & Anima realiter distinguuntur. Sed respondeo: Ideo Sanctos Patres distinguere istas potentias à substantia ad differentiationem simplicitatis Divinae, quod in Deo sint absque compositione, ideoq; cum summa simplicitate, in angelis verò & Anima cum compositione, quæ perfectam simplicitatem excludit, licet non excludat identitatem.

Instabis: Sancti Patres veluti Augustinus & Anselmus de Concordia gratiæ & lib. arb. 19. ajunt, quod potentia sic sunt in Anima, sicut in corpore membra; Imò S. Bernardus Serm. 5. de ascensione Domini dicit: *Ece ut tanquam principalia cordis ipsius membra distinguam est intellectum in nobis & affectum*, ubi per cor S. Doctor intelligit Animam; ergo Anima potentia ab ipsa sunt realiter distincta. Deinde Philosophus 3. An. 1. loquens de intellectiva ait, *de parte autem anima &c.* & 1. Ethic. 6. inquit: *Quemadmodum in corpore est visus ita in Anima est mens, & alius in alio*, quæ omnia non possunt esse vera absque reali distinctione, nam pars, membrum, realiter distinguuntur à corpore & à toto. Respondeo cum Scoto, Patres non posse in rigore intelligi, quia pars non est ejusdem essentia cum toto, & altera comparte, quando totum est heterogeneum, ut est corpus, estq; pars prior origine, toto, sed ista potentia etiam

F. Amandi Hermann Physica.

secundum D. Augustinum 4. Trinit. 5. & supra pro Conclusionem citat, sunt ejusdem essentia & nature, & una includit totam essentiam Animæ, nec sunt priores Anima; ergo non erunt in rigore partes, adeoq; sensus solum erit, quod sint quædam partiales perfectiones. Idem dicendum est ad Philosophum in primo loco, quamvis dici etiam posset eum loqui de parte subjectiva Animæ in communi, scilicet Anima intellectiva, non verò de intellectu. In secundo loco est solum comparatio quoad officia non quoad distinctionem, nam sicut oculus inter potentias externas principalior est sensus regens corpus, ostendensq; omnia pericula, ita mens totam animam regit principaliorq; est potentia, fumendo mentem prout complectitur utramq; potentiam rationalem.

Opponitur secundo: Si Anima

esset immediatum principium producendi intellectum, sed hoc videmus esse falsum: ergo. Probat major: Anima quia est actus corporis semper actuat corpus, ergo si esset principium operandi semper operaretur. Sed respondeo negando sequelam, nam nec intellectus, licet ponatur realiter, distinctus, semper intelligit, quod tamen fieri deberet, si distinctus esset immediatum principium agendi, quod autem Anima non semper intelligat, non oritur ex identificatione, vel distinctione intellectus, sed ex eo, quia non est causa totalis intellectus, quando altera causa itaq; deest, non operatur; ad probationem sequelæ nego paritatem, nam Anima est actus corporis in genere causæ formalis, non verò in genere causæ efficientis, in quo genere est principium productivum intellectus, & quia causa efficiens potest suo carere effectu, potest non semper intelligere, causa verò formalis nunquam suo caret effectu.

VIII.

Non habet anima ideo semper operari quia habet intellectum identitificatum.

Instatur: Principium, seu potentia & actus debent sibi invicem proportionari, sed intellectus est actus, & anima est principium mediante intellectu; ergo etiam principium, ergo accidens. Respondeo distinguendo majorem debent sibi invicem proportionari in entitate nego majorem, in activitate concedo; Itaque si entitativa proportio requireretur nullum accidens à substantia provenire posset, unde nec potentia essent ab Anima, nec substantia secundum ipsos produceretur ab accidente, quia non habent proportionem in entitate.

Principium & actus proportionantur in activitate.

Urgetur: Omnia quæ sunt sub eodem predicamento, sunt ejusdem entitatis, sed potentia & actus sunt in eodem predicamento; ergo sunt ejusdem entitatis, adeoque nulla solutio. Sed respondeo distinguendo minorem actus entitativus & potentia objectiva, hoc est res possibilis, & res actu existens, concedo minorem; Actus qui producit & potentia quæ producit, nego minorem & consequentiam. Sed argumentum sic

Uuuu 2

Prose-

Prosequeris: Potentia quæ producit actum, eundem etiam recipit, verbi gratiâ intellectus intellectionem, sed potentia receptiva actus & actus debent esse ejusdem rationis; ergo & productiva; probatur minor de materia & forma, de spirituali quod corporale recipere non potest, quia non potest idem producere. Respondeo negando minorem, nam hæc universaliter vera est, nam Anima spiritualis in corpore materiali recipitur; ergo non videtur implicancia, quoniam accidens in substantia recipitur, tum quia ipsi Adversarii potentias distinctas ponunt in substantia animæ tanquam accidentia, tum quia non magis requirit accidens subiectum accidentale, quam forma spiritualis subiectum spirituale. Aliqui addunt argumentum, quod anima sit actus, adeoque non possit recipere actum, seu intellectionem quia actus non suscipit actum, verum falsum hoc est, nam substantia & quantitas sunt actus & tamen recipiunt actus, scilicet accidentia.

IX.

Quomodo & que realiter idem sunt de se invicem prædicantur.

Opponitur tertio: Quæ sunt realiter idem, unum de altero prædicari potest, nam vetum est dicere homo est animal, & animal est homo, quia realiter idem sunt, sed intellectus & voluntas non potest de se invicem prædicari; ergo non sunt idem, patet minor, ergo. Respondeo distinguendo majorem, quæ sunt idem realiter prædicantur de se invicem in concreto, concedo majorem; ideoque potest prædicari intellectivum de volitivo dicendo intellectivum est volitivum, sicuti homo est animal: in abstracto nego minorem, quia adhuc sufficit distinctio formalis, animal enim est de quiditate hominis, ideo de ipso verè prædicatur, quamvis non merè abstractivè, quia non valet dicere animalitas est humanitas.

Instabis: Si intellectus & voluntas & quælibet alia potentia essent idem formaliter inter se, una de altera diceretur formaliter in abstracto; ergo quia sunt idem realiter inter se una de altera realiter poterit dici in abstracto, quia quæ ratione sunt aliqua idem inter se, ea ratione semper possunt de se invicem prædicari, quod in Divinis evenire cernimus, nam bonitas de Deo, & de sapientia realiter prædicari potest. Respondeo negando consequentiam, hoc enim non evenit ex ratione identificationis, sed ex eo, quod abstractio tollat omnem identitatem, adeoque omnem prædicationem, quod non ita est in Divinis, quia ratione infinitatis habet Essentia Divina identificari sibi omnes perfectiones simpliciter simplices tam in abstracto, quam in concreto.

X.

Potentia tantum formaliter distinguuntur ab anima.

Dico 3. Potentia solum formaliter distinguuntur ab Anima. Est Scoti cit. supra.

Probatur: Tum ex dictis de distinctione formali in Logica, tum ratione Scoti. Illa distinguuntur formaliter inventa in uno quæ aliquando in diversis separatim, existentia distinguuntur realiter, sed potentia possunt ut sic separatim existere, verbi gratiâ, sensus sine intellectu in bruto, & intellectus sine sensu in angelo; ergo potentia tam inter se quam ab Anima formaliter distinguuntur.

Dices: Nulla est necessitas multiplicandi potentias distinctas, nam omnes effectus poterunt provenire ab eadem Anima, sicut calefactio, induratio luti & liquefactio ab eodem proveniunt Sole. Respondeo negando antecedens, cuius probationem distinguo, possunt plures effectus, vel quasi effectus ab eodem provenire principio, quando effectus non requirunt distinctionem priorem in principis, concedo; quando requirit, ut productio libera & necessaria, nego; nam in his præexigitur aliqua distinctio in principis.

Dices 2. Majoris est perfectionis attingere objectum suum immediatius, quam mediatius, sed immediatius attingit illa essentia objectum suum, quando nullum mediat etiam formaliter distinctum, quam quando tale mediat; ergo hæc perfectio etiam est anime concedenda, adeoque gratis distinguimus eas potentias ab Anima. Respondeo distinguendo majorem, majoris est perfectionis: utly immediatius excludat medium à se realiter distinctum, concedo majorem: utly immediatius excludat etiam medium formaliter distinctum, nego majorem; primum asseruit Scotus nolens admittere distinctionem inter essentiam & potentias, negavit secundum, nam sic esset facere naturam mentem, & non perfectè constitutam in actu primo, in ordine ad suas operationes, cum enim natura per potentias determinatas sic constitutur, signum est eas addere aliquam perfectionem.

QUÆSTIO II.

De Actibus Vitalibus.

Disputatione præcedente g. 2. capite 1.

cui quid importet vita in actu primo, manifestè explicanda erit natura vitalitatis in actu secundo, seu quid sit actus vitalis? pro quo notandum est actus vitales esse in duplici differentia, nam aliqui dicuntur perfecti, alii imperfecti, hi sunt Generatio, Nutritio, Augmentatio, Motus vitalis, vel progressivus, dicunturque tales, ex eo quod ultra terminum productum per actionem augmentativam, vel nutritionis potentia nutritiva, vel augmentativa amplius non progrediantur operando, vel agendo vitaliter, tenendo in objectum illud percipiendo, & se vitaliter intentionaliter illi uniendo, prout faciunt actus vitales perfecti, sed sicut in simplici receptione illius absoluti. Actus vitales perfecti sunt omnes actus cognoscitivi, & appetitivi sensuum tam externorum, quam internorum & potentiarum inorganicarum intellectus videlicet & voluntatis, hoc notato

Dico 1. Vitalitas actus imperfecti consistit in hoc, quod est provenire & produci à principio in vivo vitali. Ita Scotus 1. d. 3. q. 7.

Probatur ex eo d. 8. q. un. F. ubi dicitur, quod si corpus assumptum ab angelo nutrire, vel augmentaretur illa non esset vera nutritio, vel augmentatio; imò sublit. C. ait: In tali corpore non esse operationes naturales consistentes in agere & pati, quia illa non sunt nata recipi nisi in organo saltem perfecti.

perfectè mixto, & ex anima, in quantum habet potentiam perfectivam. Operationes etiam, que consistunt in verè agendo, cuiusmodi sunt operationes vegetativæ non competunt illi compositioni. Per quæ verba clarè excludit similes actiones ab illo corpore, & in ratione principii passivi, quia ibi non est sufficienter receptivum; & in ratione principii activi, cum actiones vitales quæ tales debeant solum produci à principio intrinseco, unde si Deus absque actione potentie vegetativæ, & nutritivæ nutrire vel angeret, illud corpus non diceretur nutritum, vel augmentatum vitaliter, nam sicut vita consistit in actu primo in habere principium intrinsecum suarum actionum, sic vita in actu secundo consistet, ut sit à tali principio, dicatur essentialis ordinem ad huiusmodi principium, aliàs potentia vegetativa & nutritiva non essent potentie vitaliter operantes, neque operationes ipsarum vitales essent, quia cum terminus productus non recipiatur in ipsa potentia, sed sit ad aliquid productum, caro enim genita per nutritionem non recipitur in potentia nutritiva, & sic non dicerent ordinem, ad ipsam potentiam vitalem, cum alium ordinem non possent dicere ad potentiam, nisi ratione dependentie, ut à principio activo, & nullam aliam etiam habent vitalitatem, quæ si auferretur, iam non essent amplius vitales, licet essent eadem caro & ossa, &c. quia non essent vitaliter producta.

pote. quæ imperfectionem involvit adeoque longè abigenda à Deo.

Probatur Conclusio tertio:

Sequeretur ex opposito quòd unus altero perfectius & melius intelligere non posset, imò nullum fore iudicium falsum, quia species naturaliter agunt, & objectum prout in se est præsentant, adeoque tam verè, & tam intensè in uno ac in altero agerent, ergò.

Opponitur Conclusioni pariter a-

uthoritas tum D. Augustini 2. Trinit. 2. dicens: *Sua informatio sensus, quæ visio dicitur, à solo imprimatur corpore, quòd videtur*; Tum Aristotelis, qui frequenter alibi potentias passivas appellat; & 3. de anima 2. expressè dicit: *Intelligere esse quoddam pati*. Verum Respondeo ad D. Augustinum eum per visionem ibi non intelligere actum vitalem, sed speciem objecti, quæ virtualiter visio dici potest, quatenus est causa visionis formalis, sicut 1. 5. Trinit. 10. speciem intelligibilem scientiam vocat. Ad Aristotelem Respondeo distinguendo ipsius dictum: intelligere est quoddam pati, ita ut intellectio in præcisa receptione & passione constet, nego; ita ut etiam activitatem admittat concedo, Itaque dicitur intellectus magis intelligere formaliter per receptionem tanquam per veram formam, nam agendo solum producit sensationem, patiendo verò recipit tum sensationem, tum speciem objecti, & sic ipsis quodammodo informatur intellectus, sicut non dicitur quis albus præcisè per hoc, quòd in se producat albedinem, sed etiam quia albedinem in se tanquam formam recipit.

V.

VI.

Obiectio prima ex authoritate.

Obiectio secunda de albedine in se tanquam formam recipit.

VII.

Non importat solam dependentiam à principio vitali.

VIII.

Non consistit in entitate in entitate unde sumpra.

Dico secundo: Vitalitas actus perfectè

vitalis videlicet visionis, auditionis, intellectiois, &c. non consistit in sola specierum receptione, sed requiritur etiam actio potentie vitalis. Ita Scotus quodl. 13. & in 1. supra.

Probatur primò:

Tum auctoritate D. Augustini frequenter & 2. Trinit. 5. afferentis visionem & cognitionem gigni ex objecto & potentia; Tum Aristotelis 2. an. t. 36. & 37. dicens: *Animam in genere cause efficienti concurrere etiam ad operationes sensitivas*, & 2. de sens. & sensib. inquit: *sensibile facit agere sensum*, & 9. Meta. 16. dicit visionem esse actionem, immanentem causatam à visu, ergò.

Probatur secundo:

Potest absolutum, saltem de potentia Dei, intellectiois, auditionis, &c. infundi in intellectu alicujus phrenetici, vel dormientis, & tamen neque phreneticus, neque dormiens vitaliter operarentur, neque illæ operationes & actiones dicerentur propriè & proximè vitales, ergò non consistit vitalitas in sola receptione specierum, sed requiritur etiam potentia concurrens.

Dices:

Licet phreneticus & dormiens recipiendo speciem non intelligant, hoc provenire ex impedimento reperto, quòd si tolleretur statim intelligerent. Contra, si formaliter intellectiois vitalitas consisteret in receptione, intellectio non posset impedire, unde quia dealbatio consistit in receptione albedinis, implicat ipsam in subiecto recipi, & subiectum non dealbari. Contra secundo: Hæc specierum receptio non est communis omni actui vitali. Deus namque vitaliter agit, & formaliter intelligit, non tamen in ipso datur receptio ut-

Dico 3. Vitalitas in actibus perfectè non im-

portat præcisè dependentiam causationis quàm dicitur ad potentiam, vel principium vitale. Ita Scotus supra q. 7. §. ad auctoritatem Philosophi. Probatur tum ex eo, quòd Deus possit totaliter producere huiusmodi actus in potentia creata, & tamen Deus non diceretur per huiusmodi actiones vitaliter agere, & operari, seu intelligere, videre, sentire, &c. tum quia Scotus cit. sub Y. dicit, producere intellectioem non esse intelligere, sicut producere albedinem non esse esse formaliter album, tum denique, quia potentiam intelligere, videre, est ipsam respicere objectum, sed producendo non respicitur objectum, sed actus, ergò non dicitur sic formaliter intelligere.

Dico 4. Vitalitas in his actibus non consistit

præcisè in entitate, & perfectione, unde sumpra à illorum actuum. Ita Scotus quodl. 13. §. nunc tertio.

Probatur ex eodem,

nam ibidem dicit operationem, vel intellectioem non esse ultimam perfectionem, nec hominis beatitudinem, nisi pro quanto uniti entis perfectissimo, quia in se inspecta est accidens quæcunque substantià imperfectior, ergò in illa ut sic inspecta non potest consistere ultima perfectio, & beatitudo creaturæ, & licet ibi loquatur de intellectioe, & volitione, est tamen eadem omnino ratio de quæcunque alia perfectione ultima creaturæ.

Probatur secundò: Potest DEUS illam absolutam entitatem conservare sine omni subiecto, vel susceptivo, ut patet, cum non sit potior de uno accidente absoluto, quam de alio, sed tunc sic conservatum nec esset formaliter vel sentatio, vel auditio, aut operatio vitalis, ergò vitalitas horum actuum, & operationum non potest præcisè importare entitatem illarum.

IX. Sed in entitate composita...

DICO 5. Vitalitas horum actuum consistit formaliter in entitate ipsorum (qua est qualitas) cum connotatione relationis unionis potentia cum subiecto, sive realit ut in creatura, sive rationis, ut in Deo. Hæc colligitur ex Doctore quodl. 13. §. nunc, cum quo etiam probatur. Quia cum operatio vitalis cujuscunque creaturæ sit ejus ultima perfectio, ut dixi modò, & ultima perfectio dici non possit nisi in quantum objecto & entitatis perfectissimo unitur, ergò debet operatio vitalis importare & entitatem, & relationem; subsumo sed non potest intrinsecè æqualiter utramque importare, quia alioquin non esset unum ens per se, sed per accidens, ergò unum importabit pro formali, & alterum pro connotato; Et quia non potest pro formali dicere respectum, tum quia hic imperfectissimus est, quamvis ultima creaturæ perfectio imperfectissima non sit, tum quia nullum relativum ingreditur essentiam pro formali alicujus absoluti, ergò pro formali importabit entitatem, pro connotato relationem.

X. Actus vitalis quomodo fit actio?

XIV

Dices: nullum ens consistit in fieri & successione præcisè, nisi sola actio, sed actus vitalis consistit in fieri & successione, est enim immanens, durans quamdiu durat actio, ergò actus vitalis consistit præcisè in actione, vel aliquo alio respectu. Sed ut respondeam, nota actionem habere tres conditiones, prima est quòd sit in continuo fieri id est quòd æquè ab agente pendeat tam in principio, quam in fine. Secunda quòd sit circa aliquod receptivum, tertia denique quòd habeat terminum productum, quare negatur minor. Arguitur enim ab una conditione ad omnes, actus vitalis assimilatur actioni in prima & secunda conditione, non in tertia, quæ est completiva rationis formalis actionis.

XIII

Instabis: Aristoteles 5. Metaphys. 20. docet relationem tertii modi esse tantum in substantia alterius extremi, sed actus vitalis est relatio tertii modi respectu sui objecti, ergò in sua substantia & essentia secundum omnes conditiones erit relatio, sed non alia, quam actionis; ergò. Respondeo explicando Aristotelem, scilicet, eum tantum velle tertii modi relationem fundari tantum in substantia unius extremi, quia non est mutua ad oppositionem relationis secundi & primi modi, quæ fundantur in ambobus extremis, non autem, quòd sit de intrinseca ratione substantiæ illius extremi.

XI.

Nihil melius dicitur quam qualitas.

Dixi in Conclusionem, Entitatem illorum actuum esse qualitatem, nam nihil aliud congruentius statui potest, quod produceretur per actionem potentia vitalis; non enim est substantia, nam abest & adest; nec quantitas, utpote quæ in solis reperitur corporibus etiam

non viventibus; nec actio vel passio; nam actio & passio per se non accipiunt esse, sed alia per ipsa dicuntur esse accipere, nam actio est idem secundum quam, in id, quod subijcitur, agere dicimur, ergò non potest esse actio nisi aliquid subiectum patitur, sed nihil patitur nisi mater recipiendo in si aliquam novam formam, ergò ista nova forma non potest esse actio, sed accipit esse per actionem. Ex quo colligitur, qualitatem illam tres includere respectus, duos ad potentiam, scilicet producti ad producendum, & recepti ad recipiendum; & tertium ad objectum, ad quod tendit, vocaturque tendentia vel attingentia, unde etiam potentia ab actu tripliciter denominatur, Productiva, Receptiva, & Operativa; Productiva, quia active ad actum producit; Receptiva, quia eundem recipit; & Operativa, quatenus virtualiter per actum percipit & attingit objectum. Colligitur secundo omnes potentias tam internas, quam externas sentivas esse verè activas, & passivas; activa, quia, alioquin ut dixi non esset ratio cur sensatio non produceretur in speculo, aut aere, quandoquidem in his recipiuntur species, passiva quia sensatio est actio immanens, ergò debet recipi in potentia à qua producitur. Sed

Quæres: Quomodo intelligendum sit in Philosophi 2. an. 33. Potentia distinguitur per actus, & actus per objecta? Ratio dubitandi est, nam per quod aliquid distinguitur ab alio, per hoc etiam essentialiter constituitur, si sit distinctio essentialis, unde est idem, ac quæere quod alii fulius proponunt, an potentia specificatur per actus, & actus per objecta? Quo promisso Respondeo nec distingui, nec essentialiter specificari, & intrinsecè, potentias per actus, & actus per objecta, nam hoc vel debere intelligi, quasi objecta sint constituta & distinctiva formalia actuum, & actus potentiarum, vel quasi ordo potentia ad actum, & actus ad objecta, sit eis essentialis & intrinsecus, ratione cujus habeant rationem differentie ultimæ, sed neutrum dici potest; non primum nam actus est totaliter distinctus à potentia, & objectum est extra actum omnino, ergò non possunt esse intrinseca constitutiva formalia: non etiam secundum, quia actus vitales pro formali dicuntur entitatem absolutam potentia verò obicet formaliter sumpta, ut dicunt relationem principii ad operationes principiatas, sunt res relativæ, si tamen fundamentaliter spectentur, prout dictam fundant relationem, prout sumuntur quando dicuntur perfectiones & facultates animæ, sunt res absolutæ, realiterque identificantur animæ. Itaque potentia distinguntur & specificantur solum per actus, & actus per objecta à posteriori, & ab extrinseco, manifestando eos, quoniam semper motus est distinctio objectorum quàm actuum & actuum quàm potentiarum.

Dices: Hoc esse immediate contra Philosophum qui dicit quòd priores sunt potentia actui; ergò non loquitur de distinctione à posteriori, sed à priori. Respondeo 1. cum Bargo 1. d. 2. p. 2. §. Et nunc ad aliud; dictum allegatum non haberi apud Aristotelem sic in terminis, sed verba ejus esse, priores enim po-

gentis actus, & operationes secundum rationem sunt, ubi secundum rationem idem valet, quod secundum ordinem cognoscendi & notificandi, quatenus scilicet nobis citius innotescunt actus, quam potentia, ut exponunt textum etiam plures alii teste Maffrio. Verum respondeo secundum cum Scoto, quod licet concedatur autoritas, prout usurpatur communiter, quidem ex ea deduci distinctionem actuum ex distinctione objectorum, non tamen ex unitate objecti inferri semper unitatem actus & potentia, quod tamen necessa-

rium esset cum investigemus tam distinctionem actuum & potentiarum, quam indentitatem earundem, unde responsum declaro exemplo, de motu & ejus termino, si enim terminus est distinctus, bene inferitur distinctio motus, si vero terminus sit idem, non necessario inferitur indentitas motus, nam idem omnino ubi potest acquiri diversis motibus secundum speciem, ut à motu circulari & à motu recto, & à diversis principiis ut ab elemento & mixto.

DISPUTATIO III. DE HABITIBUS.

Quoniam, ut ex dicendis in eadem hac Disputatione patebit, tam potentia, quam membra externa acquirunt facilitatem ad actus suos eliciendos habitum dictam, qui partialiter & effective, ad actus cum potentia concurrunt, hinc duxi consultum fore antequam ad potentias, earumque actiones descendam, prius eorum hic naturam considerare, unde sit

QUAESTIO I.

An dentur habitus naturales, & quid sint?

Prima pars hujus quaestionis difficultatem non habet, nam dari habitus naturales (de iis enim mihi tantummodo in hac Disputatione est sermo) communis est sententia cum Scoto 1. d. 17. q. 2. §. Tenendo tertiam viam. Ubi dicit eandem potentiam habitatam eodem conatu ad actum concurrentem, intensiorem producere actum, quam non habituata, quae major intentio non potest provenire à principio passivo, & à majori dispositione ipsius potentiae proveniente ab habitu, quia in illo priori instanti naturae in quo intelligitur elici ille actus intensior (quoniam semper intelligitur prius elici quam recipi) si non esset perfectior & intensior in ratione principii activi, nunquam posset intensior elici, quia talis elicitur à potentia qualiter est in actu primo, & haec sufficientiam pro hac parte. Progreduendo autem ad secundam partem, aliqui habitum dicunt esse, qualitatem intrinsicam, juvantem potentiam ad operandum; verum haec acceptio nimis communis est, convenit enim calori ignis, speciei impressae, & aliis qualitativis reagentibus. Se ex parte causae agentis: Alii dicunt habitum esse qualitatem non à natura productam, sed acquisitam juvantem agens cognoscitivum ad operationes suas, sed haec etiam non subsistit, quia complectitur species impressas, & cognitionem, quae juvant voluntatem ad amandum, verbi gratia: Alii quod sit qualitas intrinseca elevans, vel facilitans potentiam ad operandum; sed nec haec placet, nam primo est divisio potius, quam definitio, cum amplectatur tam naturales habitus, quam supernaturales, cum tamen solummodo loquamur de habitibus naturalibus. Quare omisissis his & similibus acceptionibus

Dico primo: Habitum intellectualem, &

moralis bene describitur, quod sit affectio animi longo tempore perseverans, usu roborata, atque firmata. Ita D. Augustinus in terminis Categ. 12. quoad primam partem & lib. 83. quaest. q. 73. quoad secundam, ubi etiam specificat de quibus loquatur habitibus, ut est virtus & disciplina quae perseveratione sui & perpetuitate temporis estimantur (augentur) nisi forte eas languor corporis aliquis & casu injecta debilitas amputaverit: Nec potest esse aliqua difficultas, si accipiatur ly affectio pro qualitate, sicut accipit ipse Aristoteles. Similiter definit habitum D. Bernardus tract. de grat. & lib. arb. c. 6. ubi ait: Nihil esse virtutes nisi ordinatas affectiones. Et quamvis haec definitio possit accommodari etiam habitibus ut sic, si loco animi ponatur subjectum, verum quia alias quasdam particulas supponunt Sancti Patres, expressè eas addendo definitio habitum ut sic, &

II.

Definitur habitus intellectualis ex Patribus.

Dico secundò: Quod sit qualitas quaedam de prima qualitatis specie permanens, disponens subjectum, non quidem ad simpliciter agendum, sed ad promptè, faciliter, & expedite agendum ex frequentatione actuum acquisita. Ita Scotus 4. d. 6. q. 10. O. potestque deduci ex D. Augustino supra, & D. Bernardo Epist. 1. ad Robertum Nep. dicente. Usus tollit difficultatem, invenitque facile esse quod ante impossibile putavit. Et lib. 1. de Confid. cap. 2. Quid non evetat consuetudo, quid non assiduitate duretur? Quid non usu cedat? Primum tibi importabile videtur aliquid, processu temporis si assuecas iudicabit non adeo grave, paulo post & leve senties, paulo post & delectabit. Qui revera sunt gradus acquirendi habitum ejusque perfectissima munia nempe, facilitare & delectare etiam. Et serm. 14. de diversis elegantissime vim consuetudinis quae est habitus describit asserens: Industriam violentiam potiore esse, & pene alteram naturam. Probat per explicationem. Dicitur Qualitas, per quod convenit cum aliis, habetque locum generis, quod

III.

Definitur habitus ut sic.